

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio am
cum uariis

Si quis est Domini, iungatur michi. Si ille Dei dicitur qui ad ferienda uicia zelo diuini amoris excitatur, profecto se esse Dei denegat; qui in quantum sufficit, uitam carnalium corrigere recusat. Fit plerumque Deo graciosior amore ardens uita post culpam quam securitate torpens innocencia.

Gregorius in pastorali capitulo XLIX.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Correctio am] Correctio al P V¹ V² L¹ L²; uita post culpam] post culpam uita P V¹ V² L¹ L²